UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Depositum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Visual Library

Mulier etiam beneficiis devincta tenetur denunciare confeſſarium.

ſe vel in ſuis acceptis non teneri confeſſarium denunciare, cum hoc eſſet contra ius naturale intimans omnibus gratitudinem, malè dixit Sancius *in ſelect. diſputat. 11. num. 55.* hæc autem opinio temeraria iudicatur à Carolo de Bauc. & ſanè deſtructiva eſſet Sancti Tribunalis.

DEPOSITVM.

Quid ſit depoſitum? Quid depoſitarius. Et de qua culpa teneatur.

1 ✠ DEpoſitum eſt ſpecies contractus, qua aliquid alicuius fidei cuſtodiendum traditur. Depoſitarius dicitur is, apud quem quid cuſtodiendum deponitur.

In foro cõſcientiæ ſolum tenetur de culpa gravi, & mortali.

2 Tenetur is diligentiam adhibere, ne depoſitum pereat. ✠ Et quidem, ſi nihil recipiat in mercedem, ſecundum Molfeſium. *ſumm. tom. 2. tractat. 12. cap. 15. num. 44.* & DD. communiter, tenetur tantùm de dolo, & lata culpa *part 1. tractat. 8. reſolut. 74.* Immò id etiam exiſtimo cum Rebellio, *part. 2 lib. 1. quæſt. 20. num. 11.* contra Molinam *tom. 2. tractat. 2. diſputat. 527.* & alios communiter, procedere in foro conſcientiæ, ſi mercedem accipiat, vt ſunt nautæ, cauponarij, & ſtabularii. Sed in foro externo tenentur de culpa leviſſima, ita Patuente *l. & ita, § at hoc, ff. naut. caupo.* ne oſtium fraudibus patere. *Ibid. & part. 3. tractat. 6. reſolut. 21. & part. 4. tractat. 3. reſolut. 30.* in fine. Dubitans verò, an depoſitum culpa ſua perierit, non tenetur ex ſupradictis ad reſtitutionem; quia in dubio peccatum non præſumitur. Et hoc maximè procederet, quando depoſitum factum eſſet in gratia deponentis. Ita Sanch. *de matrimon. lib. 2. diſput. 41. num. 17.* & alii, *part. 2. tractat. 6. reſolutione 40.* in fine, *part. 4. tractat. 3. reſolutione 30.*

Et ſi dubitat, an res ſua culpa perierit, ad nihil tenetur.

Depoſito utens ſine licentia domini ſaltẽ præſumpta cenſetur furari.

3 Depoſitarius re depoſita vtens, & eam alienans, ſine expreſſa, vel præſumpta domini licentia, cenſetur furtum committere, *ex l. 3. C. eod. & ex Inſt. de oblig. quæ ex delicto naſcunt. §. furtum.* Cæterum non condemnarem gravis peccati depoſitarium, qui frumentum, oleum, vel aliud depoſitum vſu conſumptibile alienaret, ſi alias certus eſſet, ſe tantumdem eiuſdem generis, & bonitatis habiturum, cum dominus repetierit: quia ex hoc nulli præiudicatur. Vnde non obſtante, quod magiſtratus prohibeat, ne frumentum ex horreo publico abſque eius iuſſu extrahatur, poteſt nihilominus induſtrioſus officialis extrahere, ſi certus eſt, ſe æquè bona frumenta conſtitutis temporibus in promptu habiturum. Ita Laymann *lib. 3. ſect. 5 tract. 4 cap. 25 num. 3 part. 4 tract. 4 reſ 08.*

Sed hoc mitiga.

Depoſitum non admittit compenſationem in foro exteriori.

4 Depoſitarius, cui deponens aliquid debebat, non poteſt ſibi ex depoſito compenſare: nam hoc prohibitum eſt in cap. *bona fides, de depoſ.* ob fidelitatem in depoſito requiſitam. At, quamvis probabile ſit, hunc textum obligare etiam in conſcientia, vt docent Lublinus. *ſum. V. pecunia, num. 17.* & alii, probabile tamen eſt etiam, obligare tantùm in foro externo; quando depoſitarius alia via debitum ſibi compenſare non poteſt. Ita docent Leſſius, *de iuſtit. lib. 2. cap. 27. dub. 4. num. 16* Villalobos, *tom. 2. tractat. 29 diff. 5 num. 2. & tractat. 11. diff. 23. num 3.* & alii, *part. 2. tract. 16. reſolutione 46. à §. non deſunt, & part. 3. tr. 5 reſolutione 10. à §. Notandum, & in addit. reſ. 1.*

An in foro conſcientiæ probabile eſt admittere.

5 Deponens pecuniam apud vſurarium, quem ſcit pecunia illa fœneraturum, an peccet, vide *verb. Scandalũ, n. 12.*

DESIDERIVM

Pravum.

Deſideriũ pravum quid? Et cuius ſpeciei.

1 ✠ DESIDERIVM pravuum dicitur tendentia efficax voluntatis in obiectum malum abſens, ſub ea ratione, ſub qua malum eſt. Sumit ſuam ſpeciem ab obiecto, ut dictum eſt *verb. Delectatio, num. 3.* ✠

Nõ eſt illicitum deſi-

2 Itaque ait Balaus *tractat. 6. diſputat. 4. punct. 1. numero 11.* contra Navarrum *man. cap. 5. numero 10.* deſiderare

mor-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN